







17
1.0
2.
3.0
17
1.
2.
17
1.



1751.

1. Hackeman, Dr. Gottl: De usu pratico distinctionis conditionem inter et medium.
2. Pesterus, Dr. Christoph: De botding et loding iudicis Germaniae in primis Marchiae Brandenburgensis antiquissimis.
3. Surland, Joannes Felix: An exceptioni quod metus causa valide renuntiari possit?

1753.

1. Hackeman, Dr. Gottlieb, de: Dies concurrentiae mutui debiti.
2. Surland, Joannes Felix: De vero sensu art 7. § 2. Capitalat. novis.

1754.

1. Boehmerus, Dr. Samuel Hieronymus: De indole ac praesentia commercii in montanis Silesiae regionibus cum Linbis et filis e lino tractis.

1754.

2. Boehmerus, Jo. Samuel Fridericus: *De incestus
quinquennali prescriptione*
3. Palac, Joannes Fridericus: *De jure cogendi ad testes
ad inculatum et familiarem.*
4. Inslant, Joannes Julius: *De Römische imperii Juri
Romano - Germanici*
5. Wblins, Joannes Ludovicus: *De jure cambiali Italiae
orum.*

1755.

1. Boehmerus, Jo. Samuel Fridericus: *De insinuatione
in donationibus ad pias causas exule.*
- 2^a et 2^b Hirsch, Gerhardus Henricus Daniel: *De causis
persecutionum a Romanis contra Christianos excitatarum*
- 2^a et 2^b Hirsch, Gerhardus Henricus Daniel: *De causis persecutionum
a Romanis contra Christianos excitatarum.*

3. Surland, Joannes Julius: De symbolo pilei

4. Surland, Joannes Julius: De societate criminum ejusque
poena.

5. Surland, Joannes Julius: Ad l. 1. D. quib. in caus. pignoris
vel hypotheca facite contrahatur.

6. Surland, Joannes Julius: Psychologiae juridicae specimen

7. Wilius, Joannes Lubovicus: Specimen observationum
lib. I. tit. I. Art. B. Heinrici Illustrationum.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



G. 36. n. n. n. 23. Gg. 20.

AN EXCEPTIONI QVOD
METVS CAUSA VALIDE RE-
NVNTIARI POSSIT?

1752, 3

P. 75

PAVCIS DISQVIRIT

SIMVLQVE

AD AVDIENDAM

DIE 23 OCTOBR. MDCCLII

ORATIONEM INAVGVRALEM

QVAE

FRIDERICVM ARTIVM ATQVE

COMMERCIORVM TVTAMINE

MAGNVM

CELEBRABIT,

INVITAT

IOANNES IVLIVS SVRLAND,

I. V. D. ATQVE PROFESSOR IVRIS ORDINARIVS.



FRANCOFVRTI AD VIADRYM,

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI, ACAD. REG. TYPOGR.



1750. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

AN EXCEPTIONI QVOD
METVS CAUSA VALIDE RE-

NYNTIARI POSSIT?

RVACIS DISCVRIT

AD VNDENDAM

die 23 octobr. 1750

ORATIONEM INAVGVRALEM

CVRAE

FRIDERICVM ARTIVM ATQVE

COMMERCIOIVM TVTAMINE


MAGNYM

CELEBRABIT.

INVITAT

IOHANNES IVLIVS SVRLAND,

L. V. D. ACADE PROFESSOR IVRI ORDINARIVS.



TRINCOVNTIVM AD VNDENDAM

TRINCOVNTIVM AD VNDENDAM

TVTAMINE CHRISTIANI WINTERT, ACADE. REG. TYPOGR.





Perlustrando nuper Consilia Hallensia, a B. Cancellario de Ludewig edita, in Conf. CLXXVII. Lib. I. Tom. I. incidi, cumque inter alia per Dubitandi: ut ajunt, Rationes hanc ventilatam thesin reperirem, partem ream, dum omnibus exceptionibus renuntiasset, exceptioni quoque metus renuntiasse,

nachgehends ihr euch selbst in dem Vergleich aller Ausflüchte, und füglich auch der Exceptionum metus, lesionis, und dergleichen mit ausdrücklichen Worten begeben hättet:

quam tum renuntiationem ob instantem virum potentem, adeoque ipsa rei natura invalidam nullamque declarant rationes decidendi:

weils auch, weil ihr von eurem Herrn, in dessen Diensten ihr gestanden, und welcher eurem Bericht nach vir potens gewesen, gedrungen worden, und besorgen müssen, daß ihr bey Verweigerung des Vergleichs in Ungelegenheit und andern Schaden gerathen möchtet:

ad hoc animum, advertere cœpi, ut accuratius paulo inquirerem,

A

rerem,

rerem, an re vera *semper invalida sit renuntiatio exceptioni metus facta?*

§. II.

Omnem autem quaestionis cardinem in eo versari putamus: *Si verum est, ab homine, cujus mens instantis vel futuri periculi causa trepidat, spontaneam refutationem rei vel juris alicujus expectari non posse: Verum quoque est, omnem actioni quod metus causa factam renuntiationem invalidam esse.*

§. III.

Quod enim Philosophi tædium verum ex mali futuri repræsentatione natum; id Jureconfulti instantis vel futuri periculi causa mentis trepidationem, majoris malitatis timorem vocant;

l. 1. 5. D. quod met. causf.

uterque suo modo *metum justum* definiens: Illi *renuntiationis* naturam per declarationem de non utendo jure quod competeat; hi per refutationem rei suæ vel juris proprii spontaneam a persona idonea in alterius beneficium factam explicare solent.

add. Capone de Pact. qu. 53. n. 4.

§. IV.

Haud igitur a) cujuscunque, sed majoris malitatis timorem requirunt Themidos sacerdotes: ad eamque mortis periculum, cruciatum corporis, arma minitancia, status amissionem, inhiantem servitutem, pudorem gravem, deportationem, stuprum, patrimonii vel totius vel ex majore parte denegationem, carcerem, excommunicationem, atque injustam accusationem referre consueverunt:

recensente Capone Tr. cit. qu. 58. n. 38. qui ibid. n. 3.

recte quoque metum reverentialem, læsione vel minis excitatum addit. Eum enim contractui non obesse dum

ex l. 6. C. de his quæ metus et l. 22. D. de Rit. Nupt. Confl.
Hallenf. T. I. Lib. I. conf. XCIV. n. 9. et 12. et T. II. Lib. I.
Conf. CX. n. 134.

affirmaverint, priorem quidem vel de jure in theſi, quod
§. 6. demonſtrabitur, vel de metu imaginario accipiendam;
poſteriorẽ ob ſuppoſitam deinde tacitam ratihibitionem,
accedente copula carnali declaratam, ita decidere exiſtimo,
ſuffragante ni fallor ipſo Illuſtri Ordine

l. c. Tom. II. Lib. II. Conf. LXIV. n. 21.

Nec, quo minus infamiæ hic locum concedam, me moratur
diſſenſus Noodtii

in Comm. ad D. h. t. Op. Tom. II, p. m. 107.

licet eam a jure nec a privati hominis factõ pendere recte,
ſi naturam infamiæ ſpectes, moneat. Initio quippe de
meticuloſo viro, ac vano timore loquitur Pedius apud
Ulpianum

l. 7. D. h. t.

Deinde vero non ſemper cum homine privato agendum
erit; plerumque jus præſumitur ex ejus parte ſtare, qui
infamiam inferre videtur; ac notum eſt Brocardicon: famam
atque vitam pari paſſu ambulare, imo

Omnia ſi perdas famam ſervare memento,

§. V.

Qualisqualis igitur ex modo recensitis cauſa contra-
ctus adimpletionem efficiat, ibi metu juſto conſenſum elici-
tum eſſe dicimus: ſive præſens immineat, ſive longo ſaltem
intervallo, certis tamen greſſibus, appropinquet.

add. Capone l. c. inpr. n. 38. et l. 9. D. h. t. verb. ſi illatus eſt
timor ab aliquo. Eam quippe ſententiam qua Dux Alenco-
nius in J. civ. Rom. Gallico Lib. 26. Tit. 4. poſ. 8. in contractu,
qui ex metu levi et vano initus, reſtitutioni ex officio judicis
locum vindicat, pronunc in medio relinquimus.

A 2

Omnem

Omnem enim majoris rei impetum, qui repelli non potest, metui causam dare Paulus atque Ulpianus innuunt

l. 2. 3. D. h. t.

dummodo adversus bonos mores fiat, nec quis sua culpa in metum inciderit. Nam damnum, quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur, unde contra judicialem promissionem ad mandatum nempe judicis, quod prævia cognitione causæ emanavit, exceptionem metus non valere statuit

Mevius P. V. Decif. 273. et Capone Controv. 23. n. 36. quod ipsum tamen generali sensu minime, aut de justo saltem judicio intelligendum, quippe qui nullus dubito, multa in Stæ Inquisitionis carcere promissa ab ipso Capone sine dubio pro metu extortis agnosci.

§. VI.

Quamquam autem hic metus non ita liberum consensum reddat, eundem tamen stricto jure non penitus impedit, cum coactam voluntatem nihilominus pro voluntate habeant leges. Ex quo b) sequitur, non reapse sed alio ex remedio irritum fieri hunc contractum, quamvis nonnullis casibus e. g. in voto monasterii vi suscepto, consensum ipso jure nullum evincere quidam velint

vid. Capone de poet. qu. cit. n. 12. Peirescius in C. h. t. n. 3.

Ubi vero contra jus strictum auxilium erat implorandum, ibi, salva certe juris ratione, ne, de quo Tullius in Murænam queritur, legum verba ferventur, æquitas amittatur, ad Prætores Romani confugiebant: quare et hic edito is pronuntiavit: se, quod vi metusve causa gestum foret, ratum non habiturum; eoque læso tam actionem quam exceptionem ex æquitate concessit.

§. VII.

Cujus quidem actionis c) ea natura fuit, ut actori metus inde sit illatus qui in virum constantem cadat: isque exinde

inde dampnum fenserit: atque si adversus alium, quam qui metum incusserat, ageretur, reus lucrum inde fenserit: quæ quoque attribuit illi requisita

Vultejus in Jurispr. Rom. Lib. 2. cap. 18. p. m. 572.

Restitui igitur injuste ablatum petebat, cui si dicto audiens esset condemnatus, nihil amplius perderet: sin minus, intra annum quadrupli poena fraudem luebat.

Balduinus in Cateches. Jur. p. m. 225.

Recte ergo actionem nostram, quod sit in rem scripta data ei, cujus per vim compulsivam patrimonium deminutum est, adversus possidentem amissam rem vel vim inferentem ad restitutionem rei; et si intra annum petatur in quadruplum, (contra contumacem) definit.

Würffel in Jurispr. definit. §. 191.

§. VIII.

Quamvis enim intra annum saltem in quadruplum institui posset, quoad simplicem, tamen d. longo tantum tempore expirabat.

l. 3. C. h. t.

quæ temporis spatia ex eo currere præsumuntur, ex quo metus cessavit. Quousque vero causæ, quæ metum incussit, adest; eousque etiam ipse metus durare creditur, adeo ut nec per confirmationem purgetur, quando ejus factæ momento eadem timoris ratio premit:

cf. Consil. Hallens. Tom. II. Lib. II. Num. VI. §. 4. in fin. et

l. 2. C. h. t.

§. IX.

His autem ita constitutis, cum qui se vi coactam dicat, parti alteri delictum imputare nitatur, quod non præsumitur, licet promissionem sine justa causa factam vi metuve extortam esse fortissimus juris favor propugnet præsertim

A 3

si ei promissum vel datum sit, qui facultatem ac potentiam cogendi possidet;

teste Cravetta consil. 643. num. 9.

metus iustus ab actore semper erit probandus; in cuius tamen eversione cum multis beneficiis gaudere postalios monstravit

Capone de pact. qu. 58. n. 26.

§. X.

Ex quibus modo dictis cum metus iusti actionisque inde fluentis ideam satis claram facili negotio quisque sibi formare queat; renuntiationis notionem §. 3. suppedicatum ulterius evolvere non minus necessarium censemus. Diximus vero eam esse *resutationem rei suae vel juris proprii*. Quot igitur modis a) quis dominium aliquod in alium transferre valet, tot quoque eidem renuntiare poterit. Id autem tam expresse quam tacite, tam necessario quam sponte, tam in iudicio quam extra iudicium nonnunquam fieri omnes novimus. Nam non negamus jure suo tacite quoque quemquam se abdicare posse. Nihilominus cum non praesumatur renuntiatio juris competentis, ac ne is quidem hoc voluisse censeatur, qui se gratiae adversarii submisit:

c. 5. 13. X. de renuntiat.

caute hic erit procedendum: ac vix per omnia calculum illis adjicimus, qui solo non usu renuntiationem induci docent

V. Gallerat. de renunt. Lib. V. cap. 14. n. 5. et Tubingenses Consil. Tom. II. consil. LXIX.

optime pro mea sane sententia saepius hanc regulam deliquim pati evicerunt. Renuntiationes enim, ut pote odiosae, cum praecipue donando quis re sua male utatur,

renuntiante §. 2. J. de his qui sui.

stricti juris habentur: indeque renuntiatio non nisi expressa vel

vel necessario ab his dependentia comprehendit: quæ ipsa tamen in favorem renuntiantis explicanda, ad eorumque declarationem, si dubia videatur, præ omnibus renuntians erit admittendus.

Casaregis Oper. Tom. IV. p. m. 101.

Quamvis renuntiatio per verba universalia facta ad omnia etiam valde gravia et præjudicialia trahatur ex mente

Klock Confil. Tom. IV. confil. V. n. 218. &c.

§. XI.

Rei deinde b) *sua* quisque renuntiare potest, cum unicuique liceat contemnere ea, quæ pro se introducta sunt

per l. 41. D. de minor. et l. 20. C. de pact.

non vero alienæ, cum nemini major in alium potestas competat, quam ei ipse concessit: ita ut renuntiatio facta a parente, nisi id, de quo agebatur, ipso vivo acciderit, nequidem liberis noceat posterisve.

Klock Confil. Tom. I. confil. VI. n. 230.

Hinc nec juri publico renuntiare permittitur: ut ne vel ægrotis privilegio salutem suam concernente se privare concedatur, cum interfit reipublicæ homines conservare

per l. 7. §. 3. D. de bon. damnat.

§. XII.

Hanc vero renuntiationem c) *sponte ac a persona idonea* faciendam voluimus, ab eo scilicet, quem jura sua in alium transferre conantem leges non rejiciunt, eoque modo, ut propriæ saltem animæ voluntatem libero judicio exsequatur. Hinc ubi *causas vel lites definitas imperiali rescripto resciscitari non oportere præcipit Imperator*

l. 16. C. de transact.

fapienter ad *transactionibus legitimis* compositas hoc restringit, id est, quæ *bona fide inter majores 25. annis sponte nulla vi metuque urgente sunt facta.* Verbis utor

Wissenbach.

Wissenbach. Comment: ad l. cit. Add. Klock Confil. Tom. III.
confil. CXXXVI. n. 10.

§. XIII.

Ultimo tandem loco d) in alterius beneficium renun-
tiationem fieri ediximus. Huic ergo simul ac renuntiatio
facta ad rem derelictam jus quæsitum adnascitur. Quisquis
ergo legitime renuntiavit, eum quæcunque ad hæc benefi-
cia alias ei competeabant, omnino amittisse dicendum est, cum
quod semel placuerit, amplius displicere non possit.

per reg. 21. X. de reg. jur. in 6to. add. c. 3. X. de restitut.
spoliat.

Qui vero exceptione vel doli vel metus tutum se credit,
illi ablatum repetere licebit, vel beneficio rescissionis con-
tractus, si simul læsio ultra dimidium adest: vel hac nostra
quod metus actione.

conf. Capone Tr. cit. qu. 61. n. 3.

§. XIV.

Quæ cum ita sint, prætensa renuntiatione, metus
etiam favori facta, vel expresse,

mit Begebung aller Einreden, insonderheit der Exceptionis metus &c.

vel generaliter

mit Begebung aller Einreden.

vel universaliter

*mit Abtretung aller der Rechte, die wir oder unsere Erben an ihnen
allen und jeden, gemeinlich und sonderlich; in allen und jeglichen, ge-
meinlich und sonderlich &c.*

eandem contractui insertam esse oportet. Neutram vero
harum firman reputandam applicatis jam, quæ modò ge-
neraliter enucleavimus, regulis brevibus evincemus, eoque
veritatem axiomatis, §. 2. stabiliti demonstrabimus.

§. XV.

Id autem antea monendum ducimus, generalia verba
universalibus numquam æquipollere. Generaliter enim qui
renuntiat,

renuntiat, non tam de omni jure suo cogitasse præfendum, quam is, qui verbis universalibus nullum sibi periculum reservare strenue allaborat: et verba universalia majoris virtutis ac generalia multæ jam legum atque doctorum sententiæ evicerunt:

add. Klock Conf. Tom. IV. conf. V. num. 218.

In his tamen ulterius immorari nunc non vacat, quoniam, concesso licet per generalem abdicationem metus etiam exceptionem evanescere, utramque frustra fieri mox patebit.

§. XVI.

Actione quod metus causa nemo uti potest, nisi fuerit in metu, in virum fortem cadente, constitutus; nisi que per vim compulsivam patrimonium ejus sit deminutum (§. 7.) Aut igitur in pacto, cui renuntiatio hujus actionis adjecta, illa omnino locum non invenit, sed supervacanea est; si nempe metus non adfuit: aut si timore expressa, eidem, ut ceteris, a *coactio* renunciatum esse facile patet. Quam sua aliis extorquendi viam cum minime leges probent (§. 12. 13.) hic quoque eam frustra adhibitam, ac nullo juris præsidio muniri rite pronuntiamus. Illustrandi gratia utriusque exemplum suppeditabimus. Paciscuntur inter se Mævius atque Sempronius, atque hic illi castellum, reservato sibi aperturæ jure, in feudum concedit. Inferitur instrumento expressa exceptionis metus renuntiatio. Nulla vi nec minis ad impetrandum postulatam usus est Mævius. Haud ergo est, quod ad actionem nostram confugiat Sempronius. Inutiliter igitur ea se abdicavit. At armata manu redeuntem e villa Cajum adoritur Titius: in arcem suam trepidantem abripit: ac jamjam mortem expectantem donationi centum millium Imperialium, adjecta omnium inque primis metus exceptionum renunciatione, subscribere cogit. Dimissum Cajum nullis hic promissis teneri adferimus, ac per

Baderi

B

demon-



demonstrata patet. Hinc in nulla re exceptione metus valde se quemquam abdicare dicimus. §. XVII.

Quid quod ne sjuramento quidem firmata pacta nostro robur addant. Quamvis enim hic non sit locus perscrutandi naturam jurisjurandi, novamne contractui obligationem tribuat, an priori saltem accedat? (licet illam sententiam haud iniuria veriore a me haberi tam a) ob additam adseverationi per se obliganti venerationem nominis divini; quam fortiorem b) natura sua duplicem obligationem ea quæ simplex est; ac denique c) poenas in perjuros statutas atrociores, et effata legum

alia occasione fortassis sit explicaturus; quæ tamen ipsa relaxationem foederis de quo quæritur difficiliorem reddit:) arctiori sane vinculo, Deo teste ac vindice invocato, contractentes adstringi nemo dubitat. Patet autem, ad validitatem jurisjurandi æque ac ad alia pacta consensum liberum requiri: quem Veteres quoque flagitabant, dum, *ein gezwungner Eyd thut Gott leid.* proverbii loco jactabant.

Conf. hujus paroemiæ explicationem ap Pistor. Cent. II. par. oem. 57.

Nec Doctores dissentiunt, cum inter omnes constet: quousque non sit licita transactio, eousque nec juramenti delationem valere, quia hæc potestas a facultate transigendi dependet: ac *indubitati juris est, non numeratæ pecuniæ exceptionem locum habere et in talibus nominibus, vel foeneratiis aliis cautionibus, QUAE ETIAM SACRAMENTI HABENT EXCEPTIONEM. QUÆ ENIM DIFFERENTIA EST, IN HUIUSMODI EXCEPTIONE, SIVE IUSVRANDVM POSITVM SIT, SIVE NON, tam in foeneratiis cautionibus, quam in aliis instrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt?* Joanni P. P. rescripsit Imperator Justinianus

in l. sū. C. de non. numer. pec.

Eadem

Eadem vero, ne dicam major, ratio subest, ut, quod de non numerata pecunia Caesar, nos ad exceptionem metus extendamus. Haud enim jusjurandum iniquitati subvenire unquam poterit, per expressa verba

ac recedere ab eo licita de causa nemo prohibetur:

per l. fin. D. qui satisd. cogantur.

Hinc exceptioni quod metus causa si quis coactus renuncia verit, nulla religione ad eam reversurus prohibebitur.

§. XVIII.

In eo tamen litem inter Jureconsultos contestatam reperimus, utrum religio tali jurejurando contracta per se sit nulla, an vero relaxatione dissolvenda? Eorum, qui postriorem sententiam amplectuntur facile principem agnosces:

Capone l. c. n. 15. 20.

cujus igitur argumenta paucis perlustrabimus. Ait autem a) quod tale juramentum possit servari sine interitu salutis aeternae, nec metus impediatur vinculum religionis. Alteri opponimus verba

c. 26. X. de jurejur.

ubi, omne juramentum validum tribus comitibus sociatum esse debere, veritate iudicio justitia: et utilius scandalum apud superstitiosos nasci permitti, quam veritatem relinqui

l. 3. X. de reg. jur.

ut, quae alias hanc restringunt regulam, taceamus. Alterum negamus, cum sine consensu vinculum firmum nibilum necesse possit. Quem frustra hic desiderari ad c) monstrabimus. Ait porro b) non tolli vim confirmandi per

c. 28. X. h. t.

sed dari saltem exceptionem, ob quam relaxari queat. Sed ibi expresse dicitur: quod mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius secundum legitimas sanctiones: ac ne tali

indignu

B 2

prætextu



prætextu viam contingat perjuriis aperire servari illas deberi, si sint *sine vi et dolo sponte præstita*. Probatur igitur omnino per hanc legem invaliditas jurisjurandi, de quo quærimus: nec aliter explicandam capio ejus sanctionem, nisi: Quamvis per decreta imperatorum mulieres prohibeantur certis pactis adfentire, ideoque nec per juramentum valide hic se obligare queant; ne tamen sub hac specie perjuria committantur, ego Pontifex illas promissiones servari volo, dummodo NB. nec vi nec dolo nec metu sint præstita. Ait c) non valere rationem, qua de infirmitate jurisjurandi dolo elicitu ad casum metus concluditur. Respondeo, licet coacta voluntas alias pro voluntate habeatur (§. 6.) hic tamen ita non cogitandum, cum Fridericus Imperator

in Auth. Sacramenta adj. l. 1. C. si advers. vendit.

ob contemptum, ni fallor, summi Numinis ab illo, qui alium ad perjurium quasi invitare ac ad suscipiendam religionem cogere voluit, proditum, sacramenta per vim aut justum metum etiam a majoribus extorta *nullius esse momenti* i. e. per se invalida non saltem rescindenda pronuntiat, quod juris civilis effectum confirmatur per

c. 18. X. h. t. junct. c. 15. eod.

ubi juramentum illicitum nullatenus observandum, sed pro eo penitentiam injungendam esse præcipitur, quamvis ut agatur consultius et auferatur materia dejerandi, non eis ita expresse dicatur, ut juramenta non servant: sed si non ea attenderint non ob hoc sunt, tamquam pro mortali crimine puniendi, ad quæ alias perjuria omnino refert juris pontificii doctrina.

add. c. 22. C. XXII. qu. 4.

Quo quidem illi etiam objectioni quam d) ex leg. cit. movit Capone, ac dissensui Juris Canonici prætenso obviam itum esse credimus. Restringit autem juris civilis enuntiatum ad forum humanum, ac in divino judicio aliter decidendum existimat. Non tamen a summo Numine religionem istam probari

probari quisquam propugnabit, cum impia sit promissio que scelerem adimpletur.

*c. 5. C. XXII. qu. ibi: In malis promissis rescinde fidem. In turpi-
-tate voto muta decretum; quod incaute vovisti ne facias. Impia enim est
-promissio, que scelerem adimpletur.*

§. XIX.

Hæc prolixius persequi haud abs re putavimus, ut eo clarius pateat, renuntiationi, exceptioni metus vel jurato factæ, nullam per se inesse potestatem, ideoque absolute neminem indigere. Quid quod dicamus, turpem esse conditionem atque impossibilem, qua renuntiatio exceptionis nostræ contractui jungitur. Turpis est, si respicias contra metus, qui ea adjecta vim a se illatam atque injuriam ingentatam quasi profiteretur. Cum enim in re seria nemo jo- cari præsumatur, ac duo contrahentes rem tractent seriam, sequitur, ut qui clausulam, de renuntiando etiam exceptioni metus, pacto adjiciat, id non frustra, sed ob suspicionem ne ea omissa emolumentum illicito facto suo quæsitum hoc ipso juris remedio quandoque adhibito sibi iterum eripia- tur, addidisse sit judicandus. Hinc quoad coactum habetur pro impossibili ac inferens pactum contra bonos mores. Eos nempe sive ex natura sive ex facto sive ex censura legum consideres, omni modo contractum nostrum tam ex naturalium quam civilium edictorum norma damnari videbis. De naturalibus in §. 21. Civiles leges cuncta respuunt, quæ sunt contra regulas malos inhibentes, utilitatemve ecclesiæ, vel quæ proximam sive in ingenitum nobis æqui atque iniqui distamen sive in decorum gentium peccandi causam præbent. Sic ut ne in minoribus quidem excusationem admittant.

l. r. C. quæ contra delictum &c.

His vero omnibus atque singulis conditionem, de qua agitur, notari quis negabit? Haud igitur contra juris sententiam sæva prærogativa verborum fraudulenter se excusare cuiquam

cuiquam concedetur. Nullum enim pactum, ex rescripto Imp. Theodosii et Valentianiani, nullam conventionem, nullum contractum inter eos, videri volumus subssecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. -- Secundum itaque prædictam regulam, qua ubicumque non servari factum lege prohibente censuimus, certum est nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum ullius esse momenti, nec sacramentum admitti. Nec est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum.

l. 5. C. de Leg. Reg. LVIII. de Reg. Jur. in 6to.

§. XX.

Hanc tamen ob hanc solam, quæ ad malos mores confugit, rationem promittentis potestatem excedit, sed ideo quoque, quia eadem disponit de jure publico. Sicut enim contractus usurarius resolvitur, licet debitor jurato renuntiaverit, cum non tam de privata quam publica securitate hoc circa pactum leges disposuerint.

ad. Covarruvias Var. resolut. Tom. I. Lib. 2. p. m. 290. ita certe actionem etiam quod metus causa &c. non tantum ob unius utilitatem, quantum ob odium atque ad cohibendam malitiam eorum, qui secundum illud Horatianum,

Sis spes fallendi, miscbunt sacra profanis, a Prætorè concessam fuisse conitat. Hinc non verisimile esse, compulsam in urbe inique indebitum solvisse etiam, qui claram dignitatem se habere prætendebat, cum potuerit in s. PUBLI-CVM invocare ait

pr. l. 23. D. quod metus causa &c.

aut jus publicum privatorum pactis mutari non posse docent

l. 38. D. de pact. l. 45. §. 1. D. de Reg. Jur.

ac expresse: Nec ex prætorio nec ex solemnè jure privatorum conventionem quicquam immutandum esse: quamvis obligationum cause pactio possint immutari et ipso jure et per pacti conventi exceptionem: quia actionum modus vel lege vel per Prætorè introductus privatorum pactioibus non informatur edicitur

in l. 27. ibid.

maupius

verba

verba vero: nisi tunc cum inchoatur, actio inter eos convenit: de licitis conditionibus accipienda esse per se patet: et de his, quæ non intersunt nisi paciscentium.

add. a Sande Comment. ad Tit. D. de Reg. Jur. l. c.

Quæ enim contra jus sunt, debent utique pro infectis haberi.

p. Reg. LXIV. de Reg. Jur. in 6to.

§. XXI.

Restat, ut juris naturæ cum civili hac in re consensum, exponamus. Patet equidem, hoc quoque jure cuiusvis dispositionem rerum suarum permittis, nec aliis licere, hac facultate utentem impedire. Hinc vel in alienationem nostrorum bonorum consentire possumus: consensu vero cum liberam animæ voluntatem declaremus, idem per metum extortus merito rejicitur: ac quicumque hunc in finem timorem nobis inculserit, læsione jura nostra turbat. Suum enim cuique incommodum ferendum esse potius quam de alterius commodis detrahendum: non igitur magis esse contra naturam morbum vel egestatem aut quid hujusmodi, quam detractionem aut appetitionem alieni jam olim censuit

Cicero de Offic. III.

Lædentes autem ad satisfaciendum teneri, nec ad damnum patiendum me obligari, tam notum est, quam quod notissimum. Concludas ergo, renuntiationi nostræ per metum extortæ nec ex naturalibus præscriptis locum vindicari posse

Cf. de Wolf J. N. Tom. III. §. 574. 581.

Fidem enim non fallit, qui promissis stare numquam in animo habuit, nec decretum illud alterius circumveniendi gratia celavit, sed verbis saltem metu expressis declaravit: ac qui juratam dedit, non magis quam alius obligatur, cum jusjurandum non fit, nisi voluntatis nostræ, invocato nomine divino, declaratio, ac de re illicita factum non obliget ad præstandum.

Add. Id. ibid. §. 758. 913. 914.

Hæc

nive

Hæc sunt, Commilitones, quæ sub ipsis novi munè-
 ris clementissime demandati auspiciis præfari placuit,
 cum Potentissimi Regis Nostri jussu ac secundum anti-
 quas Academiæ nostræ leges Programmate quodam so-
 lemni sint celebranda. Restat, ut quid a me expectari
 velim, qualemque hanc spartam, indulgentissime dela-
 tam, ad quam subeundam, quod equidem orbi literato,
 Vobis mihiq[ue] felix atque faustum precor! jam me ac-
 cingo, considerem, paucis exponam. Primum itaque
 Professoris officium, me certe judice hoc esse sciatis, ut,
 dum vastum illum universi juris oceanum accuratè nosse
 uni homini vix sit datum, nec omnis ferat omnia tellus,
 certum quendam sibi portum eligat, ad quem tuto ve-
 la pandere, ac cursum dirigere possit. Meum igitur
 illis præsertim promitto auxilium, quos Juris publici
 tam naturalis quam positivi atque cum eo connexæ
 Historiæ Romano-Germanicæ dulcedo ceperit, haut
 tamen in Exercitationibus Disputatoriis, ad quas
 me semper paratum invenietis, depromtas ex jure
 civili privato materias detractabo. Ea deinde tam
 virorum celeberrimorum suffragio quam propria ex-
 perientia comprobata de prælectionibus nostris mihi
 stat sententia: doctoris esse, filium quasi Ariadneum
 auditoribus suis tradere, quo confisi ex labyrintho
 se expedire queant, non autem omnia illa labyrinthi
 avia

avia omnesve circos ipsi cum auscultantibus esse perer-
 randa. Hinc operam dabo, ne in Lectionibus meis vel
 minimum, quo rei veritas in thesi, ut ajunt, stabiliri
 queat, omittam: ad accidentalialia vero, ut ita dicam,
 nunquam descendam; eorum potius explicationem
 domesticæ Vestræ relinquam diligentia: quorum si
 quis a me petierit enucleationem, ad privatam collo-
 quium lubentissime me offero. Eo quippe sine ad au-
 ditoria nostra Vos accedere puto, vel, ut artem plane
 incognitam doceamini, vel ut eandem jam traditam pe-
 nitius perscrutemini: quos si quis seu stentorea voce seu
 blanda adulatione ac vasta confusæ eruditionis ostenta-
 tione exceperit, multo, quam advenistis, dimittet incer-
 tiores: contra, qui scientiam ipsam brevibus explana-
 verit, argumentaque idonea suppeditaverit, tanto cer-
 tius Vos convincet, quanto præstat, propriis oculis cer-
 nere, quam ex aliena judicare relatione.

Quas vero semestri huic hyberno destinavi præ-
 lectiones, publicam in B. Heineccii Elementa Juris
 Naturæ et Gentium, privatam ad Jus Maritimum in
meinen Grundsätzen des Europäischen Seerechts delineatum,
 eas ideo proponendas duxi. Neminem certe fugit,
 dictamina Naturæ atque Gentium cunctarum legum
 basin quasi esse atque fundamentum. Suo igitur jure
 novi Professoris primas sibi postulare videbantur partes.
 Addidi Statuta moresque maritimos, cum a nemine an-

C

tea

tea nostra in Musarum sede illa enucleata noverim, eorumque notionem Vobis sane jucundam crediderim, quibus, honorum fastigio admovendis, crescente quotidie commerciorum atque navigationis his praesertim in terris studio atque dignitate, in decidendis libris dandisque de jure responsis carere forsan ea tam molestum foret, quam quod maxime.

Reliquum est, ut Antecessoris partes in hac Alma oratione inaugurali publice suscipiam: ad quam audiendam RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLUSTRISSIMI, DIRECTOR PERILLVSTRIS, PATRES CONSCRIPTI VADRINAE NOSTRAE, PROCERES VTRIVSQVE REPUBLICAE AMPLISSIMI, COMMILITONES GENEROSISSIMI ATQVE PRAENOBILISSIMI, HOSPITES DENIQVE, SVO QVIQVE HONORE PROSEQVENDI, loco consueto, hora solita, die qui instat Octobr. mihi adesse, eamque praesentia sua exornare atque celebrare ne dedignentur, ea qua decet, pietate atque observantia oro rogoque. Nec frustra me rogare confido, cum argumentum selegerim, omnium certe attentione dignissimum: FRIDERICVM ARTIVM ET COMMERCIORVM TVPAMINE MAGNVM.



Frankfurt a. O., Diss. 1751-55.

ULB Halle

004 590 635



3

f

5b.

VD 18, kat 72





J. 26. num. 23. 2g. 60.

1752,3

CEPTIONI QVOD
CAVSA VALIDE RE-
NTIARI POSSIT?

AVCIS DISQVIRIT

SIMVLQVE

AD AVDIENDAM

23 OCTOBR. MDCCLII

ONEM INAVGVRALEM

QVAE

CVM ARTIVM ATQVE

ERCIORVM TVTAMINE

MAGNVM

CELEBRABIT,

INVITAT

S IVLIVS SVRLAND,

QVE PROFESSOR IVRIS ORDINARIVS.



NCOFYRTI AD VIADRYM,

CHRISTIANI WINTERI, ACAD. REG. TYPOGR.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

